Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

IIII Tercius

aceram vero speciem aque tenet et
ideo potest in eo fieri baptismus licet
melius in aqua fiat. Cum predic-
tis convenit Rich. et alii doct.
Si autem aliquis esset baptisa-
tus in aliquo liquore in quo du-
bium esset an haberet speciem
aque rebaptisandus esset sub
condicione ut dicit Scotus. Sed
numquid in aqua paludosa potest
fieri baptismus. Videtur quod sic
quia licet inficiet corpus actuali-
ter propter eius scilicet confusionem cum
immundiciis servatur tamen in ea
species aque cum ex natura
sua per se convenit abilitas
abluendi et etiam aliquo modo
remanat in ea proprietas ablu-
tiva. quod ideo dico quia non re-
manet in aqua actu proprietas
ablutiva nec in glacie, gran-
dine, nive quemadmodum sic est dis-
posita baptisari non potest in
hiis hec. Rich. Si etiam aqua
paludosa esset incrassata quod re-
cederet a vera varietate aque
non esset in ea baptisandum
sicut si esset lutum aliud esset
si adhuc species aque remaneret
hec. Tho. Sed numquid et in
brodio carnium potest fieri baptis-
mus. Respondeo quod sic quia admix-
tio carnium non solvit speciem
aque nisi forte sit facta tan-
ta resolutio corporum coctorum in
aqua quod liquor plus habet de
aliena substantia quam de aqua quod
ex spissitudine perspici potest.
Si tamen ex liquore sit inspissa-
tio exprimatur aqua subtilis

et potest in ea fieri baptismus. Re-
spondeo quod sic. Sicut etiam in aqua
que exprimitur in luto licet in lu-
to baptismus fieri non possit hec
Tho. Numquid ad baptismum
requiritur aqua sanctificata.
Respondeo duplex fit sancti-
ficatio in baptismo per verbum
advenientis elementi. Alia que fit
per bapti ante porationem a
presbytero. Prima pertinet ad necessi-
tatem baptismi sicut et ipsum
verbum. Secunda ad solem-
nitatem. Dicendum ergo quod ad
baptismum requiritur sanctifica-
tio aque prima de necessitate. Se-
cunda vero de congruencia.
Ita tamen quod nisi necessitas hoc re-
quirat in aqua sanctificata quis
baptisari non debet quod aliter
faceret mortaliter peccaret secun-
dum Petrum. Si autem velit
in sabbato pasce et penthecostes
de aqua conservata recipe ad
sue domus aspersionem recipi-
at eam ante crismatis infu-
sionem de con. di. 3. In sabbato.
Circa quintum scilicet formam ver-
borum que requiruntur in baptismo
requiruntur plura scilicet que est il-
la forma et si est illa que po-
nitur extra de baptismo. Si
quis et de con. di. 4. ad quo-
dam et c. multi. scilicet ego te
baptiso in nomine patris et fi-
lii et spiritus sancti. Respondeo quod
sic. In hac enim forma bap-
tismi due particule continen-
tur. Una pertinens ad sancti-
ficationem elementi scilicet invocatio

12